

5 Winchester, rep. 1854 et servata deinde apud Carolum Roach Smith; nunc Londinii in museo Britannico. Litterae sunt bonae saeculi fere secundi ineuntis.

MATRIX

ITAL//S·GER

MANIS

GAL· BRIT

5 NTONIVS

CRETIANVS

b F COS · REST

Matribus Ital[i]s, Germanis, Gal(lis), Brit(annis) Antonius Cretianus [b(ene)]f(iciarius) co(n)s(ularis) rest(ituit)

Descripti. F. I. Baigent assoc. journ. 11, 1855 p. 82; C. R. Smith collect. ant. 3, 272 et 4, 41 tab. 14.

V. 4 nihil deest, sed est lacuna in lapide.


V. CALLEVA

(Silchester).

Atrebatum fines quanquam videntur magis fuisse versus septentriones extensi quam Belgarum et Cantiorum, tamen hoc loco Callevam caput eorum posui (Ptolem. 2, 3, 25 Καληνία; itin. Anton. p. 478, 3, 485, 7, 486, 7; Ravenn. 5, 31 p. 427, 17 Caleb Arbatium), quia, ut dixi capite praecedente, cum Venta Belgarum et Clausento via directa erat coniunctum. De situ autem non videtur dubitari posse; nam in mensuras itinerarii quadrant reliquiae ibi extantes conspicuae, notae illae inde a Lelandi et Camdeni temporibus, murorum, amphitheatri, aliorum aedificiorum, quae nuper in dies magis magisque coeptae sunt eruderari sumptu potissimum ducis de Wellington et cura I. G. Joyce, parochi in Strathfieldsaye (cf. I. Ward philos. transact. 45, 1748 p. 603 ss.; Goughs Camden 1 p. 204 cum tab. XIV; Archaeologia 27, 1838 p. 414 ss. cum tab. XXXII; archaeol. journ. 8, 1851 p. 227 ss. 22, 1865 p. 374; proceed.

of the soc. of antiqu. ser. II 3, 1865/7 p. 134. 494; gent. mag. 18, 1865 p. 234; 19, 1866 p. 37; 20, 1866 p. 467 ss.). Tituli indidem provenerunt inde ex CAMDENI et COTTONIS tempore (n. 8); duos, qui memorabiles sunt (n. 6, 7), servaverunt WARD et MILLES; accessit nuper quarti fragmentum (n. 9). Ex tribus autem illis antiquioribus duo aut perierunt aut latent; H. Maclachlan certe (archaeol. journ. 8, 1851 p. 227 ss.) frustra eos indagavit. Tertius vero (n. 8) cum reliquis titulis a Cottone collectis ad Connington et deinde Cantabrigiam delatus est, ubi servatur. In ipso oppidi situ (in Mr. Barton's Manor house) antiquitates tantum minores aliquot servantur, quales continuo effodiuntur. Ipse locum non adii. Titulum in tegula scariphatum, item annulos christianos, qui hoc pertinent, dabimus infra suis locis.

6 Silchester, tabula lapidea rep. a. 1744 within the ancient market place, et servata tum apud I. Stair of Aldermaston WARD. Aut perit aut latet. Litterae videntur fuisse optimae saeculi secundi ineuntis.



Deo Her[culi] Saegon[ti]? T. Tammon[ius] Saeni Tammon[i fil(ius)] Vitalis ob hono[rem] seviratus?...

I. Ward philos. transact. 43, 1744 p. 201 tab. 2 fig. 9 et 45, 1748 p. 609 (inde Donat. 37, 1 cum supplementis Wardii ex parte ineptis; ex Don. Orell. 2013 cum adnot. Henzeni; e trans. phil. Goughs Camden 1 p. 204; de Wal mythol. septentr. praef. p. IX; Archaeologia 27, 1838 p. 417; Newton p. 118, 121 a; Beale Poste brit. researches p. 153; Grotfend Bonner Jahrb. 18, 1852 p. 242; assoc. journ. 16, 1860 p. 93); I. Milles cod. mus. Brit. 15801 f. 9 cuius exemplum ex lapide sine dubio exceptum et accuratum sequor; Goughs Camden 1 p. 205 ex exemplo ab I. Ward Britanniae Horsleiana sua adscripto, quod equidem non vidi (inde Archaeologia 27, 1838 p. 417; I. Y. Akerman archaeol. index p. 76; Beale Poste brit. researches p. 155; assoc. journ. 16, 1860 p. 93).

7 Silchester, rep. paullo prius quam praecedens (1732 GOUGH, 1741 AKERM.). Dicitur avecta esse Cantabrigiam in coll. Trinitatis (WARD), ubi tamen non extat.

IVLIAE AVG
MATRI SE
NATVS ET
CASTROR
5 M SABINVS
VICTOR OB

Th. Hearne in Lelandi itin. ed. III vol. 6 p. 52 qui a. 1734 habuit ab I. Loveday; I. Milles cod. mus. Brit. 15801 f. 9 cuius exemplum ex lapide sine dubio exceptum et accuratum sequor; Goughs Camden 1 p. 205 ex exemplo ab I. Ward Britanniae Horsleiana sua adscripto, quod equidem non vidi (inde Archaeologia 27, 1838 p. 417; I. Y. Akerman archaeol. index p. 76; Beale Poste brit. researches p. 155; assoc. journ. 16, 1860 p. 93).

1. 2 IVLIAE AVG/VST · MAT · SE Hearne, Ward.
4 CASTRO Ward. 5 M' SABINVS Hearne, Ward.
6 VICTOR>OB Hearne.


8 Ex Selchester (ex agro Vintonensi SCAL.) Londonum translata in hortis Cecilianis honorab. Dom. Guil. Cecili baronis de Burghley cernitur CAMD. ed. I., posita in hortis Cottonianis Conningtoniae (GRUT. HORSL.). A. 1750 pervenit Cantabrigiam in coll. Trinitatis, ubi extat. At Bath ponunt schedae COTTONIS errore.

MEMORIAE
FL·VICTORI
NAE·T·TAM
VICTOR
5 CONIVNX
POSVIT

Contuli. Camden ed. I p. 135 (Scaliger cod. Lugd. CI et in syll. maiore p. 51; Goughs Camden 1 p. 172, 205); Cotton cod. mus. Brit. Iulius F. X f. 138 qui v. 4 et 5 coniungit; Musgrave Belgium Britannicum p. 44; Horsley p. 332 Hamshire 1 q. v.

Solve T. Tam(monius) Victor collata n. 6.

9 Silchester, rep. m. Maio a. 1868, tabula marmorea (*a thin slab of Purbeck*), quae creditur pertinuisse ad frontem tribunalis, in hemicyclo sito in fori latere septentrionali, ubi detectum est. Litterae sunt elegantes saeculi secundi, sed non magnae (altae 0, 03 m.).



Ectypum ab I. G. Joyce factum misit Eduardus Lee. Videtur fuisse titulus mere sepulcralis Iu[niae] alicuius B[erenices ma]tris, aut eiusmodi.

Ward ita legit *deo Herculi Segontiacorum* (de Segontio cogitans, de quo oppido dicemus infra) *T. Tammonius, Saenius Tammonius, Vitalis cornicularius* (foliolum scilicet hederaceum talia significare sibi persuasit) *honoris causa dedicarunt*. Supplementa quae proposui, si cognomen dei adhuc ignotum exceperis, certa sunt. Saenius Tammonius videtur fuisse homo peregrinus, cuius cognomen filius, civis fortasse Latinus, pro nomine assumpsit.